pati debebit et tenebitur. Seq ac suos successores ad eandem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde subsequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptoreos, vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successorumque legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibus uis dilationibus et legalibus impedimentis non afferendis, ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castren. Capitan. Praemyslien. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Semestri, bello, Conventione, nec alijs omnibus Iuris remedijs, ac defensis non subterfugiendo nec aliquoquis modo evadendo. Hac sua praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Manasterska abrenuntiat.

260 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Capitan. Praemysliensibus, Nobilis Catherina Manasterska olim Nobilis Nicolai Manasterski Alia primarum olim Nobilis Basilij Zurecki ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Ioannis Podhorodecki Consors linea cum eiusdem mariti sui

vi-

viri Autoris Coniugalis personali assistentia et voluntate ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et Corpore existens a Terrestris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis, et maternis per manus Nobilis Hrehorij Manasterski fratris sui germani, se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis eius concernen, plenarie et sufficienter satisfactum est, ob quam eiusmodi praedictam satisfactionem, dotisque et dotalitij sufficien expeditionem bonis eisdem Paternis et maternis, omnibus in manus suprascripti fratris sui germani totaliter, abdicat, abrenuntiat et resignat. Hac sua presenti Recognitione ad praemissa omnia accedente.

Manasterski Winnickiemu tenetur. 269

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliensi Nobilis Theodor Manasterski sanus mente et corpore existens a Terrestris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque